Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



magis optabant Imperantem: partim quia op
timis Maioribus natus erat: partim quia Nobilissimis
moribus esse dicebatur. Que cum Severus cognovi
sse, confestim Aptam illi inimicitiam inducere: et
quia nullam rectam causam continere in eum bellum
suscitare querebat. Sibi tentandum esse videbatur:
an eum quoquomodo occulte per insidias deponere posset.
Familiarium igitur fidissimos mittens: his Imperato
rias Litteras cum Secretis dat mandatis ut litteras
publice reddant: Precibus eum, ad audienda Archana
mandata, in Secretum Locum subducant: Quibus
si crediderit, Stipatoribus privatum continuo ad
oriantur: obtruncentque. Adhec pernitiosa his ve
nena tradit: ut ex Coquis Ministrisve Aliquos,
ad Danda illi clam farmaca, si possint, in
ducant. Suspicabatur et Amicos eius sane consulere:
ut adversus fraudes et insidias se se prudentem
incolumemque prestare: quando et Mores et que in Nigri
Prefectos gesta sunt: Eum nimium calumniari
sentiebat: Quibus persuaserat: ut filiorum gratia
quemadmodum supradictum est, res Nigri prode
rent: atque Deinde postquam eorum Ministerio abusus est.

Insidie in Albinum.